Ρωμαῖοι
Βυζάντιον περὶ 2α 22 κ. Χ

343β

62. At Byzantii data dicenda copia, cum ma- 62. Tacitus.
gnitudinem onerum apud senatum deprecaren-. Ab excessu Au-
tur, cuncta repetivere, orsi a foedere, quod nobis- gusti XII.
cum icerant, qua tempestate bellavimus adver-
sus regem Macedonum, cui ut degeneri Pseudo-
philippi vocabulum impositum, missas posthac co-
pias in Antiochum, Persen, Aristonicum et pirati-
co bello adjutum Antonium memorabant quaeque
Sullae aut Lucullo aut Pompeio obtulissent, mox
recentia in Caesares merita, quando ea loca inside-
rent, quae transmeantibus terra marique ducibus
exercitibusque, simul vehendo commeatu opportuna
forent.

63. Namque artissime inter Europam Asiamque di-
vortio Byzantium in extremo Europae posuere Grae-
ci, quibus Pythium Apollinem consulentibus, ubi conde-
rent urbem, redditum oraculum est, quaererent se-
dem caecorum terris adversam. ea ambage Chal-
cedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti,
praevisa locorum utilitate, peiora legissent. quippe
Byzantium fertili solo, fecunde mari, quia vis pis-
cium immensa, Pontum erumpens et obliquis subter
undas saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Βυζάντιον.

hos ad portus defertur. unde primo quaestuosi et opulenti; post magnitudine onerum urguente finem aut modum orabant, adnitente principe qui Thraecio Bosporanoque bello recens fesso juvandosque rettulit ita tributa in quinquennium remissa.»

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ